

In Nomine JESU!

JOH. BENEDICTI CARPZOVI, D. & P. P.

IN

LIBROS SYMBOLICOS ISAGOGE.

P R O O E M I U M.



Quia animus nobis non est, in *Ecclesia nostra* Libros Symbolicos conscribere prolixos *Commentarios*; cum feliciter ac graviter id prætiterint alii: Sed *brevem* saltem *εἰσαγωγὴν* proponere, cujus beneficio Studiosa Juventus ad veram ipsorum intelligentiam deducatur, & *mature loqui ac sentire* cum Ecclesia, in qua nata & educata fuerit, discat: Igitur non operose occupabimur in *Theologicarum Controversiarum* deductione atque explicatione, quamvis digitum suum ad eas intendant *Libri Symbolici*, sed strictim *Libris* hisce adhærebimus, & (1.) In genere, quæ de *Libris Symb.* nostræ Ecclesiæ notari merentur, juxta tenorem *præfationis universalis* monerimus, & (2.) Deinde ad *singulos libros* nos conferemus,

Dispositio Operis & summa dicendorum.

- I *Brevem Analysin* proposituri,
- II. *Notas* brevissimas addituri, &
- III. Quæ *Adversarii* vel desiderent, vel etiam corrumpant, *Questionibus* saltem notaturi.

Unicum autem *Aphorismum* de *LL. Symb.* in ge-

A

nerē